

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

brum nactus Latinum fecissem, me sustinebam, & in lucem proferre nolebam. Verum nescio quomodo tandem amicorum adhortationibus de mea vetere sententia depulsus cessi, & hanc meam lucubrationem in luce atque oculis hominum versari volui. Huic quum ego patronum quærerem, in cuius fidem & tutelam se reciperet, memoriam ad eam, qua me semper es complexus, humanitatem reuocavi. Itaque hanc nostram operam, quanti est, (tanti autem erit, quanti tu esse volueris) omnem ad te defero: quam ut suscipias, & ut susceptam tuearis, rogo. Vale.

LECTORI.

Tot tantisque mendis scatebat hic liber, studiosè Lector, ut mirum nemini videri debeat, si in prima editione nonnulla sint, quæ tu fortasse non probes. Quatuor omnino in manus meas exemplaria venerunt. Quorum primum cuiusdam amici mei beneficio, quem heic nominatim certis de causis appellare non libet, habui. Alterum vir optimus & veterum auctorum studiosus Petrus Daniel mihi commodauit. Tertium vero Petrus Pithoeus, Iurisconsultus doctissimus & in restituendis antiquis auctoribus felix & ingeniosus, mutuo dedit. Quartum, cæteris sanè non emendatius, nactus sum ex illustrissimæ Heroinæ Catharinæ Mediceæ Reginae, tot potentissimorum Regum genitricis, bibliotheca. Neque vero exemplaribus istis tantum confidi, ut non quamplurima immutarim, quæ vel sententiæ vel Græci sermonis ratio non ferebat. Quod tamen parce & modicè, nec nisi necessario, feci. Sed nec iudicio meo contentus, in consilium adsciui Renatum Marchalum Boismoræum, virum vriusque linguæ peritissimum, mihi quæ a multis annis amicissimum; qui multos locos deprauatos restituit, & in aliis etiam restituendis me adiuuit & confirmavit. Quorum omnium rationem reddere, & quædam obscuriora, quæ hoc libro continentur, paucis explicare libuit. Tu vero operam nostram æqui bonique consule. Vale.

